

Preces non importunas non inducere metum cadentem in constantem visum qui censent.

P. Egidius.

Qua negotia aliena a munere Inquisitorum.

2. Tim. 2. v. 4.

Intrusio verita non consulti.

Testamentorum executorum esse possunt.

Et Tutores ac Curatores.

stantem virum, cum importuna non sunt, iuxta P. Lessium supra. & P. Egidium, qui eum citat & sequitur numer. 35. ubi & rationem reddit illis verbis: Cum grauisimum sit dururnas ac continuas preces Superioris semper reijcere, cum hoc non fiat sine periculo grauisime offensionis. Alias etsi hec solitarie sumpta aliquomodo dicantur cogere, non tamen virum constantem. Hec ille: quibus non obstantibus, videant D.D. Inquisitores se suis precibus ad damna predicta inferenda exponi, vnde est abstinendi obligatio manifesta, qua vt grauior sit, lex facit Capitulo presententi contenta.

125 Sed quid illud, Ni en negocios de gobierno, que no tocan a su ministerio? Non equidem operosa est intelligentia, quando ea; qua propria ministerij sunt, adeo habentur perspecta. Propugnatores fidei sunt. Sic eos Ecclesia vocat in Oratione Secreta Missae S. Petri Martyris, Propugnatorum omnium Choriphæi, Exemplaris, Protectoris. Militant ergo Deo: & nemo militans Deo, implicat se negotiis secularibus, vt ei placeat, cui se probauit, clamat Apostolus 2. Tim. 2. v. 4. Non igitur placebunt, si se negotiis secularibus implicarint. Si Proregum palatia frequentent, vt consultationibus, qua Auditorum, ac Regalium Officialium sunt propria, intersint; aut etiam non vocati, qua huiusmodi sunt, domi agitent, & scripta conficiant, in quibus sua proponant arbitria circa ea, qua ad ministerium suum nullam habent relationem. Quia vero Capitulum intruisionem tantum vetat, Ni se entremetan, non erit contra illius dispositionem, si a Proregibus aliquando consulti de re aliqua ad comune regni bonu singulariter pertinere, aut verbo aut scripto respondeant, quia hac intruisionem non est, neque Apostolico edicto repugnat, cum tantum prohibeat huiusmodi negotiis se implicare, propria scilicet impetu voluntatis. Implicat se. Quod non accidit, quando ab alio, Regis nomine, eorum industria in casu non frequenti prouocatur. Partes enim Reipublicae sunt, & illius quasi membra, vnde & in corporis illius bonum operam debent conferre suam, quando illa necessaria, aut valde expediens contigerit reputari.

126 Ad hoc etiam videtur spectare ne sint executores testamentorum. Et quidem quando testamenta prophanas tantum, aut principali ex parte dispositiones tales continent, id videtur valde dissonans, & quod merito intelligi potest prohibitum in presententi Capitulo; nisi forte pietatis lege ad id viderentur induci, quia testatores eorum propinqui, neque habentes alios, quibus ea possit cura confidenter demandari. Si autem pias, id non ita dissonat, quia & Episcopi ex officio habent pias omnes exequi voluntates, sicut & Religiosi & Clerici ex testatoris designatione: iuxta Cap. Tua nobis, de Testamentis. Pro quo Dom. Barbosa de Potestate Episcopi Allegat. 82. num. 2. Sunt autem Episcopi Ordinarij Inquisitores vt diximus num. 78. Et habetur expresse in Clementina 1. de hereticis Quia vero dispositiones tales possunt aliquando multum sollicitudinis & occupationis offerre, illa etiam sunt reicienda iuxta Regis mentem & Concilij supremi.

127 Iuxta quam etiam videtur esse, vt Tutores, vel Curatores esse nequeant. Et quidem Testamentarij ac Datiui non solum Clerici in

sacris constituti, ac Religiosi, sed neque Episcopi esse possunt, per Textus, quos adducit P. Molina Disputat. 221. §. Religiosus, & seqq. quamuis Episcopi id liceat respectu miserabilium personarum, sicut & Clericis dictis, si non Testamentarij & Datiui, sed Legitimi sint, quando scilicet proximiores in gradu pupillo sunt. Quia vero ad id non tenentur, ea est cura ab Inquisitoribus etiam respuenda, nisi grauis aliqua causa faciendum aliter persuadeat, in qua pietas sine notabili distractionis periculo miscatur; in quo eadem qua pro Executoris Testamentarij munere videtur ratio militare. Quod etiam de Tutoris ac Curatoris munere respectu miserabilium personarum de Episcopi dictum, ad D.D. potest Inquisitores extendi, vbi id officij Episcopi non praestarent miseris; cum sit illud ad Christianam fidem spectans, vt merito clamat Apostolus: Si quis autem suorum, & maxime domesticorum curam non habet, fidem negauit, & est infideli deterior. 1. Tim. 5. vers. 8. Huic ergo numeri Propugnatores fidei non immerito suam possunt vigilantiam applicare: ne & ipsi infidelitatis notam illam, quam D. Paulus miseris non curantibus impingit; aliquatenus incurrere videantur: tunc praecipue, cum non quorumcumque, sed suorum necessitatem id conueniat implorare.

Circa Vigessimum secundum.

128 Quid in hunc procedit modum: Que eldia, que se vbiere de celebrar Auto de la Fe, los Inquisidores de aqui adelante no prohiban tener armas, pias si conuene que no se traigan el Virrey lo mandar a proueer asi. Ratio cur prohibitio portandi arma in die Actus fidei ab Inquisitoribus fieret, ea esse poterat, ne aliqui pro reorum defensione tumultum in populo facerent, qui ignoti cum essent, non poterat ipsos specialiter prohibitio coercere. Poterat etiam, ne occasione conuersus, in quo circa loca rixae oriri solent, sanguis fidelium funderetur; cum in Actibus huiusmodi singularis debeat seruari modestia, & pacis cura praeferi; ne scandalis occasione exaltanda fidei exortis, infidelium lancinentur conscientiae, & in suis erroribus computrescant. Alia etiam esse ratio posset, vt scilicet singulare priuilegium Ministrorum S. Officij tunc eluceret, portandi scilicet arma, de qua dictum numer. 41. & seqq. Prior autem videtur genuina, & praecipua, ob rationem redditam, quod scilicet, si expedierit, id Prorex prohibebit: duae enim posteriores, cum negotium sacrum concernant, ad Proregem non videntur pertinere.

129 Quaecumque autem illa sit, maxime conueniens fuit morem talem prohiberi, quia res molestissima esset respectu honorabilium personarum: discrimen autem inter populares constitutere, res odio plenissima futura, & praeterea valde difficilis: neque insuper necessaria: qui enim tumultuari possent, pauci essent, comparatione fidelis multitudinis, in qua fidei zelus exardescit, vnde facile tumultuantes, armati licet, ab armatis comprimi & opprimi possunt: quare nihil ab illis videtur timendum, qui multum habent curtimeant, & diebus talibus in illis solet magis timor excitari, iuxta prouerbium nostrum: Cum

Quidam tales esse possunt.

Quidam specialiter Inquisitores.

1. Tim. 5. v. 8.

Circa prohibitionem gestandi arma in die Actus fidei. Pro quo rationes.

Qua videtur deatur genuina.

Merito ablatam dictam consuetudinem.

barbam

barbam vicini abradit videris, tuam laua. Quod & Latinum habet vulgari carmine: Tunc tua res agitur, paries cum proximus ardet. Nihilominus quia iuxta occurrentes circumstantias expedire posset vt armorum depositio iniungeretur, id a Prorege praestari poterit: circa quod admonitio ad Inquisitores spectabit, sed ille quod sibi bene visum fuerit, circa rem ipsam, & modum, adhibita consultatione, praestabit. In quocumque autem euentu custodiae suae militiam armatam habebit; neque aliud ipsi licet, cum personalis ea praerogatiua non sit, sed iuxta eius, quam representat, dignitatem. Vt possit dicere, quod olim Iob: Cumque sederem, quasi rex, circumstante exercitu, eram tamen merentium consolator. Iob. 29. v. 25.

Proregis semper armatum militiam futuram.

Iob. 29. v. 25.

Circa Vigessimum tertium.

130 IN quo vt sequitur: Que quando los Inquisidores fueren a alguna Iglesia a publicar el Edicto de la Fe, o a hacer otro acto de Jurisdiccion, se sentaran en la Capilla maior en sillar, teniendo delante una alfombra, y almo budas, y los Oficiales vn banco cubierto con una alfombra. Ex cuius tenore inferre aliquis poterit Primò non licere DD. Inquisitoribus in Presbyterio apparatus dicti concessus habere, quia Presbyterium apparatus locus est in Ecclesia à maiori Capella diuersus: quod aliunde ex eo colligitur, quod pro confessu dictorum Dominorum, & Officialium locus idem designatur, vt constat: Officiales autem intra Presbyterium non esse sessuros, certius est quam quod certissimum, vnde circa illud esse dubitatio nequit. Deinde, locus ille videtur Episcopo Diocelano proprius, vt Pontificium Rituale disposuit: neque id, quod Episcopi proprium est, praefatis D. D. fieri commune potest: vnde neque ante se solium, seu Sittale habere possunt, neque cum celebrante ante altare dicere Confessionem, benedicere incensum, & benedictionem Diacono ante decantationem Euangelij, aut Concionatori praebere, & sic alia. Secundo, apparatus illum pro iis tantum concedi diebus, in quibus Actus fidei, publicationis Edicti, aut alij ad iurisdictionem Tribunalis propriam pertinentes exercentur. Si ergo pro sua deuotione in Festis assistant, aut sponte aut inuitati, aliter dicendum videtur, iuxta propositum alias Iuris axioma, quod limitata dispositio limitatum producit effectum, vltra quem nequit extendi.

Sed contrarium flatur.

In Titulo honorifico Episcopis funiles.

Paramus.

Et ita quidem dicendum videtur attentè verborum forma; sed ea non obstante aliter pronuntiandum. Possunt ergo intra Presbyterium sedere, quia sic est vsu receptum, neque locus ille minus conueniens respectu illorum iudicandus est, cum sint Pontificis Delegati, qui in eisdem honoratur, cui dignitati debet locus respondere. Pro quo videnda quae habet Caesar Carena Lib. 1. Titulo 5. §. 6. & 7. & pro eodem facit argumentum, quod pro similitudine honorifici tituli consuevit Paramus Lib. 3. Quaest. 9. numer. 23. & 24. arguit enim in hunc modum: Titulus Reuerendissimus de iure est debitus Episcopis, vt in l. In contractibus §. In omni vero tempore. C. de non numerata pecunia, ibi: Per virum Reuerendissimum Episcopum. Igitur idem Titulus erit debitus Inquisitoribus, qui in causa fidei à Summo Pontifice

Delegati videntur assumpti quoad iurisdictionem ad praecipuam partem muneris Episcopalis. Sic ille. Quod se citatus Carena probasse ait in Anotationibus ad Quaestionem Tertiam Guidonis Fulcodij Cardinalis, qui postea fuit Pontifex Clemens Quartus numer. 8. Incipiunt autem Quaestiones ad calcem operis pag. 469. quae per errorem est 169. In citato autem loco nihil habet. Potest autem videri in Anotationibus ad Quaestionem Alia pro Quarta; vbi bene ostendit Inquisitores esse Pontificis Delegatos. Et etiam Quaest. 8. numer. 8. vbi probat Episcopum in causis fidei esse inferiorem Inquisitore. Et Quaest. Prima num. 16. ad quam se refert.

132 Plus autem est quod affirmat & probat citato §. 7. num. 64. & seqq. Superioritatem scilicet Inquisitorum non solum esse secundum quid, sed absolute: quia non sunt delegati ad vnam causam, sed ad vniuersalitatem causarum in negotio fidei contra omnes & quascumque personas. Ex quo deducit Inquisitorem in sessione debere praecedere Vicarium generalem Episcopi, etiam in actibus indifferentibus, quando scilicet non exercent suam iurisdictionem. Ex quibus id deduci potest, quod ad casum praesentem spectat, posse videlicet intra Presbyterium sedere, vt sicut in Titulo aequiparantur Episcopis, ita & in loco; licet in aliis, quae ad ritus sacros pertinent, non debeant exaequari, quia propria respectu Pontificis dignitatis sunt, vt ea, de quibus numer. 130. Neque hoc negatur in presententi Capitulo, sed id statuitur, quod frequentius accidit, vt scilicet DD. Inquisitores cum Officialibus assistant: & quia isti in Capella maiori etiam sessuri, locus sessionis communi nomine designatur. Praeterea quod Presbyterium pars maioris Capellae dici potest in aliqua non impropria significatione: & quia fauorabilis est dispositio, ad illud extendi, iuxta communem de priuilegiis doctrinam, pro qua sapius. Quod autem id seruandum semper sit, satis videtur rationi conformè, ne illorum vilescat auctoritas. Et quia, vt in simili arguit Carena supra numer. 62. Cum in quocumque loco interueniant, semper sint cum qualitate iurisdictionis dicta, tamquam Apostolici inquam Delegati, eundem debent tenere auctoritatis apparatus; id quod in Episcopis etiam obseruatur.

133 Occasione autem dictorum quaeri potest an Inquisitoribus attribui possit Titulus Dominationis, vulgo Señoria. Et cum pro Tribunali sedent, nulla est dubitatio, sic enim est vsu receptum, quocumque etiam modo in Tribunali adstent, nec solum omnibus pariter, sed etiam singulis: vnde difficultas tantum est de vulgari aut ordinaria allocutione, siue verbali, siue per scripta. Et ita quidem paucis abhinc annis coepit introduci, sed reuertentibus eorum primariis, etiam in Episcopatibus praesentatis, quia Episcopatus admittere reuertunt: quod & aliqui recentius admissi sequuntur, quorum est modestia merito collaudanda; sine vituperatione autem aliorum, qui dum permittunt, suae illud dignitati non indignum arbitrantur. Et ita quidem dici potest, non obstante Pragmatica, quae vix est vnquam obseruata: arguique potest ex Titulo Reuerendissimus: sicut enim quia ille E-

Eorum superioritatem non esse tantum secundum quid.

Quid inde pro honoribus, & praerogatiuis circa sessionem in Presbyterio.

Titulum Dominationis, seu Señoria, posse illis attribui.

piſcopis proprius eſt, attribui etiam Inquiſitori- bus poteſt ob præſtantiam dignitatis, iuxta dicta, numer. 131. ita & de Titulo Dominationis conſe- quenter videtur aſſerendum, qui Episcopis attri- buitur iuxta l. 18. Tit. 1. Lib. 4. pro quo Aucto- res adducit Dom. Villaroel Parte 1. Quaſtio. 1. Act. 3. num. 15.

Ex titulo Dominorū arguitur.

134 Pro quo & facit receptiſſimus uſus, iuxta quem Inquiſitores Domini vocari ſolent, & ita non nudè Inquiſitores, ſed DD. Inquiſi- tores, cum de illis agitur, compellari, vulgo Seniores, vnde abſtractum nomen Senioria, ſicut Dominatio comparatione Domini. Quemad- modum enim Sanctiſſimi, & Beatiſſimi Tituli Sum- mo Pontifici proprii ſunt, & propterea cum eum Titulis Sanctiſſimis, & Beatiſſimis compel- lamus; ita & in propoſito dici poteſt. Quod quidem cum in nullius præiudicium cedat, & ad æſtimationem muneris tanti videatur conferre, non eſt cur pro eo litem Dominis intendamus. Facit item pro eodem, iudicibus Conſeruatori- bus Titulum præſatum attribui ſolitum, eò quòd ſint Sedis Apoſtolicæ Delegati: quod mul- tò excellentiùs in DD. Inquiſitoribus cernitur, quandoquidem ad cauſas maiores eis Apoſtoli- ca iuriſdictio, & vniuerſalius delegatur. Vbi ar- gumentari etiam poſſumus ſicut Carena ſupra §. 55. circa Titulum Reuerendiſſimatus; ſic enim ille: & cum hic Titulus nunc indiſtinctè tribuatur Vicariis Episcoporum, qui longè inferiores ſunt Inquiſi- toribus in cauſis ad S. Tribunal ſpectantibus; maxi- mum eſt abſurdum eum denegare Inquiſitoribus. Sic ille; quod ex Conſeruatoribus, & aliis arguen- do, ſimiliter applicandum.

Et ex iudi- cibus Con- ſeruatori- bus.

Et ex aliis cum Ca- rena.

Circa Vigefimum-quartum.

Contra Prorogem per Conſu- ras non proceden- dum. Et quia circa competen- tias iuriſ- dictionis.

135 IN quo ſequentia: Que los Inquiſidores no procedan con Conſuras contra el Virrey en ningun caſo de competencia de Iuridiccion. Y el Virrey no aduocará ni en una cauſa, ni delito de Familiares, ó Miniſtros de la Inquiſicion, en que ouiere, ó ſe eſperare auer competencia de Iuridiccion: antes lo dexará las Audiencias y Juſticias Ordinarias, para que con ella los dichos Inquiſidores puedan formar la dicha competen- cia, ſi la vbiere de auer. Sic ibi. Vbi limitatio circa excommunicandum Prorogem omnimoda non eſt, ſed circa materiam competentiam in iuridic- tione: circa alia ergo eorum brachium non eſt alligatum: cohibendum tamen, & poteſtate ſibi à Sede Apoſtolicâ traditâ, annuente Rege, non niſi in caſu rariſſimo vtendum, quia alias turba- menta poſſunt periculoſiſſima pertimeſci. Pro quo videnda quæ diximus Titulo 3. Cap. 15. & iis addendum, vbi fundamentum competentiam ex parte Prorogem apertè iniuſtum eſt, ratione cuius ille in excommunicationem incurrit, non prohiberi DD. Inquiſitoribus eos incurſos den- ſiſſatione publicâ declarare, ſeruatis Iuris diſpo- ſitionibus. Sed quia in hoc ſcandala poſſunt timeri ſimilia, ad illud non eſt niſi ex cauſis vr- gentiſſimis veniendum.

Prorogem quas cauſas ad ſe auocare poſſit.

136 Quoad id verò de non auocandis cauſis, ea excipienda ſunt, in quibus Prorogem iudex Ordinarius eſt, ita vt iudex alius Ordinarius non ſit, ſed tantum delegati: quia Capitulum de cauſis tantum procedit, quæ ad Audiencias, & iudi-

ces Ordinarios ſpectant; vt dici cauſa militum poſſunt: non enim conſtat Auditorem militiae Ordinarium iudicem eſſe per ea, quæ adducit Couarrubias Præſentium Cap. 4. numer. 8. & ſpecialiter in fine de Præſento Prætorij, cui ſimilem eſſe Prorogem aſſerunt ij, quos adducit Dom. Solorzanus Tomo 2. Lib. 4. Cap. 9. numer. 9. vnde non facit delegatus iudex vnus eum eo tribunal, quandoquidem ad ipſum appellari poteſt. Vi- deatur idem Dom. Solorzanus circa iudiciale Prorogem poteſtatem vt Generales Duces ſunt etiam Lib. 2. Cap. 31. n. 7. & ſeqq. & Lib. 4. Cap. 10. à numer. 34. & præſertim in Politica Lib. 5. Cap. 18. pag. 919.

Circa Vigefimum-quintum.

137 DE modo decidendi difficultates circa iuriſdictionem, cum caſus compe- tentiam occurrerit, in eo agitur, & concludendum ſtatuitur concurrente antiquiore ex Regiis Au- ditoribus cum antiquiore Inquiſitorum: & quid faciendum cum inter eos non fuerit concordatum. Sed quia vbi eſſet talis faciendus concu- ſus non expreſſum, & quis ſeruandus præceden- tiam modus, dum Auditores Regij ſua student au- thoritati conſulere, & ſua item Inquiſitores, exe- cutio prædictæ Concordiæ niſi quantum re- tardata, & licet ſuper eo Regia reſcripta prodie- rint, nihil ampliùs, nouis ſuperſedendi executioni adductis rationibus, eſt progreſſum, de quo dictum numer. 34. Iuuat autem verba Dom. Sol- orzani ex Politica pag. 712. Col. 2. hic appone- re, qui poſt declaratam grauiffimorum Senato- rum conſultationem, qui ad id fuerant ex diuer- ſis Regiis Conſiliis aduocati, inter quos & ipſe, ita ſcribit: Y finalmente ſe reſoluo por mayor parte, que el Oydor mas antiguo vbiere de ir, y fueſe al Tribunal de la Inquiſicion, a ver y determinar las cauſas de eſtas competencias, en el qual precedieſe y preſ- dieſe el Inquiſidor, como ſe decia auerſe hecho por lo pa- ſado. La qual coſtumbre, y lo que ſiempre ſe ha deſea- do, y es juſto que ſe procure fauorecer y autorizar to- do lo que tocara à la ſanta Inquiſicion, motivo mucho à ſeguir eſte parecer à los graues y doctos Miniſtros, que interim ſeran en eſta ſanta conque queda ya corriente la forma, que para lo de adelante ſe ha de tener en las Indias en determinar eſtas competencias. Sic ille. Li- cet autem ipſi ſic viſum fuerit, non tamen video negotium iſtud penitus abſolutum, & vnde hoc proueniat, neſcio: cum tamen ſciam illud non abſolui, ſine grauibus detrimentis non ſtare, de quibus Dom. Solorzanus in Politica pag. 711. Col. 1. & Tomo 2. Lib. 4. Cap. 4. numer. 64. Cum- que in iis non dubitem ſupremum S. Inquiſitio- nis Tribunal ſufficienter certioratum, quidquid agitur, aut toleratur, non ſine magno conſilio fieri, & ita non eſſe damnandum, nequit dubi- tari.

Circa formam in competen- tias erga iuriſdictionem ſeruandam.

Finalis circa eam reſolutio.

Dom. Sol- orzanus.

De cuius omnimoda executione non con- ſtat.

138 Et vt id, quod pro mea tenuitate aſſe- quor, dicam in hac parte, dum competentiam fut- uræ ſunt, & iudices vtriuſque deſignandi, nihil poteſt, quod deſiderio communi ſatiſfaciat, ex tali concurſus diſpoſitione ſperari, quem & illi reſugiunt, aut eo ſuccedente non conuenient, & diſcordiæ ex diſcordiis ortæ vix finem accipient, quia & reſuſcitationes eſſe poterunt, & non leuium occaſiones

Quia expo- ſitè videretur auſtori.

occaſiones emergent ſimulatum. Res ergo hæc Tribunalis ſancti arbitrio relinquenda, aggrauatis poenis, etiam per Cenſuras, vt Concordiæ Capitu- la ad vnguem ſeruentur, Prorogem admonito, vt eos ſui officij in caſum contingentiam curet admoneri, & ſi quem exceſſum deprehenderit, ſupremum Indiarum Conſilium admoneat, vt de remedio, Rege conſulto, & Supremo S. In- quiſitionis Præſide, faciat prouideri. Minus enim inconuenientiam habet, vt aliquis quandoque eueniat exceſſus, quàm vt cauſa publica paſſim grauius incommoda patiatur. Illis equidem, qui- bus data eſt poteſtas reos læſæ Maiestatis diui- næ repertos Curie ſeculari tradendi, flammis acerbis addicendos, minora alia merito poſſunt in gratiam officij ſancti, & tuendæ publicæ pacis reſpectu permitti. Errare quidem aliquando po- terunt, fateor. Sed quis ſcit Auditore adiuncto, errori locum non futurum? Neque enim Audi- tor ad corrigendos errores datur. Quòd ſi ſuo conſilio iuuat, magni, vt potèſt litterati viri, facien- do; plures ſunt equidem homines litterati, & doctiores, quos Inquiſitores conſulere poſſunt; vel ſi non conſulant, aduocati tamen eſſe pote- runt, vnde & lucem illis ad deciſionem emergen- tis controuerſiæ præbere. Hæc ſi non placeant, opportuniore alia conquirantur, & vnam Deo votis communibus acquieſcat.

Adianſus Auditor momenti quanti.

Circa Vigefimum-sextum.

Modos Prorogem in Actibus fidei tenendos.

139 VERſatur illud circa Prorogem, quibus præſcribitur in Actibus fidei ſeruandus. Debet enim eo die cum Regio Senatu, & comitatu Nobiliſſimo in domum primariam S. Of- ficij ſe conferre, & medius inter duos Inquiſito- res vſque ad locum pro iudicio deſignatum incede- re, cumque in conceſſu tenere ordinem, quem in progreſſu tenuerunt: & Actu peracto ad do- mum S. Inquiſitionis ſimiliter redituri. Quòd ſi vnus tantum Inquiſitor ſit, ad ſiniſtram Prorogem ibit, & ſedebit, & ſuam in domum reuertetur. Quæ omnia Catholicam, & Hiſpaniæ maxi- mæ propriam redolent pietatem. Non videtur autem actioni iſti vndequeque prouiſum. Quid

enim ſi plures duobus Inquiſitores ſint? Tunc ſiquidem ſi Prorogem medius inter duos futurus, aliis non assignatur locus, & poteſt circa hoc grauis controuerſia inter illos & Prorogem exci- tari. Quòd enim minus antiqui antequam debeant more Regiorum Auditorum, id ipſi forte non patientur, eò quòd notabilis ea differentia appa- reat, & quia in conceſſu non eſt talis ordo ſer- uandus, ſed omnes vno conceſſuri gradu: ſi verò omnes in eadem lineâ incedere veſtint, tunc me- dius non erit Prorogem, cum impares fuerint, inter tres enim medius eſſe nequit, etiam ſi ad vtrum- que latus eos habeat; quia eo modo Inquiſito- rum antiquior medius pariter ibit; quod præ- minentiam loci, Prorogem ſingulariter debet, vide- tur obuiare.

Pro qua aliquando enadatis.

140 Verum circa hæc peculiaris nequit in- ſtructio de eſſe, & iuxta eam conſultatio debet matura præcedere, ne in ipſo concurſu & comi- taris articulo contentio cum indebitis & valde importunis pro occaſione illâ clamoribus, oria- tur. Illud autem, dum aliud non eſt à Supremo Conſilio diſpoſitum, videtur expediens, vt ſi In- quiſitores ſint pares, medius Prorogem habeat; ſi tres, (plures enim quàm quatuor nunquam erunt) minus ex illis antiquior proximus anti- quiori ad eius dexteram procedat, ſed non in eadem penitus lineâ, aut alâ, iuxta modum loquen- di, quem ſequitur Rota in vna apud Dianam Parte 9. fol. 603. 5. Primus modus, ita vt aliquan- tum antiquior ad Prorogem latus ire debet in a- ctibus publicis, in quibus cum Audientia aſſiſtit, iuxta Schemam Regiam, cuius tenorem addu- cit Dom. Solorzanus Tomo 2. Libro 3. Cap. 3. nu- mer. 42. & in Politica pag. 769. Col. 1. Quòd ſi Prorogem in non ſeruato ſcrupuloſiſſis hoc ordi- ne aliquando diſſimulent, id quidem eorum au- thoritati nequaquam officiet, quando res, quæ agitur, adeò ſublimis eſt, & ad Religionis Catholice integritatem ſeruandam tantopere neceſ- ſaria, vt quidquid pro eo confert, ad ipſorum gloriæ cumulum conferre meritiſſimo debeat re- putari. De quibus hæc ſatis ſit, ſicut etiam de aliis, pro noſtra tenuitate proluiſſe.

Circa Prorogem religioſa præſis.

FINIS.



N D E X